

HOLY SEE PRESS OFFICE
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLIS

BOLLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0246

Sabato 11.05.2002

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLA SOLENNE PROMULGAZIONE DEGLI ATTI DEL PRIMO CONCILIO PLENARIO DELLA CHIESA IN SLOVENIA (LJUBLJANA, 18 MAGGIO 2002)

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLA SOLENNE PROMULGAZIONE DEGLI ATTI DEL PRIMO CONCILIO PLENARIO DELLA CHIESA IN SLOVENIA (LJUBLJANA, 18 MAGGIO 2002)

In data 18 febbraio 2002, il Santo Padre ha nominato l'Em.mo Card. Jozef Tomko, Prefetto emerito della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli, Suo Inviato Speciale alla solenne promulgazione degli Atti del primo Concilio Plenario della Chiesa in Slovenia, che avrà luogo a Ljubljana il 18 maggio prossimo.

La Missione che accompagnerà il Card. Jozef Tomko è composta da:

- Rev.do Mons. Borut Košir, Presidente del Tribunale ecclesiastico metropolitano e Professore di Diritto Canonico alla Facoltà di Teologia di Ljubljana;
- Rev.do Don Bogdan Kolar, S.D.B., Professore di Storia della Chiesa alla Facoltà di Teologia di Ljubljana.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre Giovanni Paolo II al Suo Inviato Speciale:

• LETTERA DEL SANTO PADRE

Venerabili Fratri Nostro
IOSEPHO S.R.E. Cardinali TOMKO
Praefecto olim Congregationis pro Gentium Evangelizatione

Memores laetissimi Nos salutationis Nostrae pastoralis apud dilectissimam Ecclesiam Sloveniae sex abhinc annos peractae alium iam praevidemus simili affectu illius communitatis eventum qui die XVIII mensis proximi Maii Deo largiente continget.

Feliciter enim iam acciderat ut annis MCMXCIX et MM primum recentioribus his temporibus Concilium plenum trium ditionum ecclesialium Sloveniae celebraretur, Labacensis videlicet Mariborensis atque Iustinopolitanae, gratulantibus nimirum Nobis prosperumque eiusdem conventus exitum precantibus.

Documenta nunc placuit Nobis cognoscere illius Concilii plenarii esse rite composita quae non dubitamus quin

plurimos posthac annos vitam catholicam totius regionis pervasura et affectura sint. Sexto igitur anniversario Nostrae praesentiae die eadem promulgabuntur acta.

Quo autem maiore auctoritate decreta haec divulgentur, quo clariore etiam luce illuminentur, missum quendam extraordinarium Nostrum adesse volumus Nostro qui nomine eidem praesit eventui, quin immo pro Nobis Concilii plenarii memorati acta sollemniter promulget.

Tu ipse, Venerabilis Frater Noster, ille eris Nostrae mentis ac sententiae interpres. Voluntate Nostra adstabis ac participes omnes congruo sermone appellabis. Te ideo libenter hisce Nostris Litteris ad illud munus Missi Nostris Extraordinarii in Slovenia dicto die destinamus. Apostolica denique Benedictione Nostra Sacros Pastores et religiosarum familiarum sodales necnon Christifideles recreabis, unde uberrimos possint illius Concilii plenarii percipere fructus novamque communitatis Slovenicae sapienter praeparare aetatem.

Ex Aedibus Vaticanis, die XVIII mensis Aprilis, anno MMII, Pontificatus Nostri quarto et vicesimo.

IOANNES PAULUS II

[00772-07.01] [Testo originale: Latino]
